

col 44
103-

CONCLVSIONES

EX LIBRIS DE GENERATIONE
& minoribus naturalibus.

Quæstio disputanda.

*Vtrum homines virtute naturali in diuersas belluarum formas
transmutari queant?*

PRAEERIT P. GEORGIVS CABRAL,
E Societate IESV.

Tuebitur Emmanuel Franciscus Teixoso integro die Martis 27. Mart.



C O N I M B R I C A E.

Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academie
Architypographi.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607.

PRIMA CONCLVSI O.



ARI rerū ortū, & interitum eidens probat ratio, experimentumque ostendit: utriusque præsit alteratio: quæ in genere sumpta definitur motus ad qualitatem medium, aut extremam. Cum vero Chamœleon, polypus & aliæ quædam animantes, rerū, quas attingunt, colores exhibent, nullam subeunt alterationem. Differt autem à generatione penes terminos à quo, & ad quem: tum etiam penes subiectū, ac successionem: est enim alteratio simpliciter motus continuus, ac successius nobilior augmentatione, motu locali: eius ac reliquorū accidentium materialium subiectum principale compositum physicum: minus vero principale est materia: immediatum tamen quantitas censi debet. Dari generatione in substantia alem sine alteratione diuinitus non repugnat: res tamen genita (si v. g. sit homo) non dicitur simpliciter talis, sed tantum, quoad essentiam.

CONCLVSI O II.

DIVIDIT VR generatione in substantialem, & accidentalem: illa est mutatio à priuatione formæ substantialis ad formam substantialem in materia: hæc est productio formæ accidentalis dependenter à subiecto. Viventis generatio stricte sumpta definitur processio viventis à principio vite coniuncto per cognitionem, atque amore operante secundum rationem similitudinis saltem in specie infima, quæ definitio optime quadrat æternæ generationi, qua Pater Diuinū Verbū generat. Nullus angelus, ut causa physica, substantialē generationē attingere potest: applicando vero actiua passiuis naturaliter non repugnat. Ad rationem generationis non prærequisitur actualis formæ introducenda priuatio in materia.

CONCLVSI O III.

GENERATIO substantialis est actio momentanea, quam dispositiones præuiæ in genere causæ efficientis attingunt. Forma saltem ut stat sub vnione substantiali, est terminus intrinsecus generationis: quanvis etiā probabile sit materiam, quatenus stat sub partiali vnione esse etiam terminum ipsius intrinsecum partiale: in humanaque esse totalem: ultimatus tamen, ac principalis semper est totum compositum. Humanæ vero generationes supra naturæ vim editæ sunt proprie generationes, eiusdemq; speciei cù reliquis præcisa qualibet denominatione extrinseca. Corruptio est reb' naturalis, sicut per se (sicut & generatio) non intendatur à natura: naturali tamen necessitate sese mutuo comitantur. Num vero eadem res, quæ generatur, diuinitus creari possit, controvèrtitur? pars tamen affirmativa probabilior.

CONCLVSI O IV.

Resolutionem dari usque ad materiam primam in cuiusque entis physici generatione probabilis tuetur opinio: opposita tamen longe probabilior. Posse formam substantialem simul creari, ac generari in eodem loco, ac tempore prorsus impossibile: de accidentali similiter philosophandum. Vtraque tamen diuinitus extra omnem subiectum produci, ac conseruari potest, actione tamen essentialiter diuersa ab ea qua in subiecto conseruaretur. Accidentalem in alieno subiecto ut spiritualem in corporeo, & è contra naturaliter esse nequit: diuinitus tamen non repugnat. Suppleri inherentiam, seu dependentiam à subiecto sine ullo modo perfectatis impossibile censemus.

CONCLVSI O V.

Physico in composito non datur peculiaris forma corporeitatis, nec tot aliæ, quot essentialia prædicata: neque vero in aliquo animali multiplicantur animæ ad multiplicationem operationum, vel partium organicarum, sed in uno composito una simplex datur forma, quæ si sit materialis, partes habet integrates: in perfectis tamen animalibus exercere nequit suas operationes, nisi in certa magnitudine. Neque capilli,

100

neque vngues, aut humores vllam fortiuntur animam. Similiter de vitalibus aut anima-
libus spiritibus est dicendum. Virtus formatrix, aut temperamentum in causa sunt, vt
filij parentibus similes enascantur. Viuentia tum ab intrinseco, tum ab extrinseco cor-
ruptioni sunt obnoxia.

C O N C L V S I O VI.

CIBI decoctio in animali triplex datur: prima fit in ventriculo: secunda iniecore:
tertia in poris, ac minutissimis corporis partibus. Quælibet tamen istarum in ali-
is locis habet tū præparationem, tum absolutionem: namque prima fit in denti-
bus: secunda in venis mesaraïsis: tertia in venis tenuioribus: prima vero absolutur in
intestinis, secunda in vena cava: ultima in ipsa nutritione, quæ est finis concoctionū. In-
iecore quatuor gignuntur humores, famæ est appetitus calidi & siccí, sitis vero frigidí:
& humidi: quæ definitio per appetitum, vt causam finalē traditur. Nullum elementum
in suo naturali statu nutrire potest. Debet autē alimentum esse partim simile partim de-
fīsimile viuenti. Vtrum vero certus dierum, mensium, vel annorum numerus animantium
vitæ vel saluti fauere, ac nocere queat, in dubium vocari solet, cuius pars negatiua pro-
babiliors, si de præcīla ratione numer orum sermo sit.

C O N C L V S I O VII.

IN QVOVIS poro accretio facta est motus continuus: per eam nova quantitas
acquiritur: vel saltem noua vno quantitatis aduenientis præiaceti; ita opinio-
nem negantem resolutionem usque ad materiam primam. Per rarefactionem non
acquiritur noua quantitas, sed eadem (quæ antea dabatur) sub diuerso modo. Sine ra-
refactione, vel additione quantitatis, ac materia aliquid ex paruo fieri magnum pro-
fus implicat. Ad actionem physicam requiritur agentis, & patientis cōtactus. Idem vero
in se ipsum naturaliter agere nequit, nec actione quidem reflexa, nisi excipias resultan-
tiā aliquarum proprietatum, ac modorum. Simile denique agere in sibi simile natu-
raliter repugnat, absoluta tamen Dei potentia minime negandum.

C O N C L V S I O VIII.

Physicū inter agēs, & patiens datur actio reciproca in productione primarū qualitatū
misticio in elementis de facto datur: ea vero non nisi virtualiter in mixto manent per
suas quatuor primas qualitates; quarū singulæ in summo gradu singulis debentur
elementis. In quois autem elemento præter qualitatem in summo reperitur alia in ex-
cellenti, & huic contraria in gradu remisso, in quatuor primarum qualitatum tempe-
rie consistit mixtorum temperamentum; uniforme seu quoad pondus in non viuentibus
dari potest, & in aliqua viuentis parte, non tamen in toto admittenda. Num vero homi-
nes naturali virtute in diuersas beluarum formas transmutari queant, quæstio est pro
parte negatiua decidenda.

P R O M I N O R I B V S N A T V R A L I B V S.

C O N C L V S I O IX.

MEMORIAM dari in plerisque animalibus, reminiscientiam vero in solo homi-
nium quietem, ac salutem institutus, ad verum tamen somnum non requiritur
omnium sensuum extenorū ligatio: instatū etiam innocentia aliquando capiendus
esset. Somnia fiunt in phantasia animalis, non vero in sensu communi, eorum alia anima-
lia, alia naturalia, alia diuina, ac dæmoniaca nuncupantur. Respiratio est attractio ae-
ris ad cor, illius causa præcipua est ipsum animal, instrumentalis potentia motiva, cō-
currentibus ad eam motionem pulmonibus, diaaphragmate, arteria, venosa, ac vocali.
Reliqua de iuente, & senectute, de vita, & morte de quelongitudine, & breuitate vi-
tae, quæ docet communis schola, propugnabimus.

Quæstioni satisfacit octaua Conclusio.

①

parte integrante de la enseñanza.

ОЯЩИМИНОРИТУСИАЛЯТАСИАЛЯТИС

CONCLASIO IX.

MEMORIAM nisi in pietatis similitudine, terminoque vita vero in fidei pomis
decubitu meo compertum. Pionus ac fidei exercitio secundum exordium in aliis
suum diutinem ac fidelium iniunctionem, et aeternam esmera formam non credulitatem
omnium leviorum exercitiorum: iustam certam insecundum triduum obiectus
celer. Somnia quae in pietatis similitudine, non aetate in fidei exercitio, certam satis summa
vis, sive beatitudinis, sive quietis, ac de amoris caritatem. Reflexio et studagio ac-
tis, illius causis placibus est pium sumere, intermissiones portantes mortales, co-
lis et ceteris ad suam mortuorum pietatis, desiderios, dilectionis, amoris, et socii-
tatis deinde, et invenientur, quae res, et motus desideriorum, et pietatis ac-
quisitionis fidelium organo. Quod si quis
P. ex, dum hocce eum minus temporis, prosequitur, non potest in seculi
centurias de innocente, et iniquitate, et aetate, et morte desideriorum, et pietatis ac-